

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

tilem fuisse, cum descendit de colle Hachilla in cattra Saulis, dormientibus cunctis, & accepit lanceam Saulis; tum enim pedem inter pedes Abner apud Saalem cubantis implicasse, & cum timeret, jam captum iei se, si pedem vi extraheret, Deum immisisse muscam, quæ mordens crura Abner, vincula resoluerit, neque tamen excitaverit Abnerum, atque ita liberatum fuisse. Davidem. Araneam denique profuisse, quod os Spelunca, in qua latebat David, cum eum quereret Saul, telis suis occlusisset. Ut sugarentur diversa exco gitavere diversi. Cepæ frustum catinibus si apponatur, non peti ab illis quidam existimant; non ingressuras domum, si lupi intra eam suspendatur caput, putavit Mizaldus Cent. 7. Aphor. 72. A Lysimachia a cernimo nidore interfici scribit Dioscorid. l. 4. c. 3. El leboto albo, trito, cumque lacte sparso arceri. Flin. l. 23. c. 8. Quæ de Napelli frondibus vistum capiunt, ad venenatos faciunt mortus, si scaligero credimus.

Exerc. 85.

CAPUT XVII. DE NAUTILO.

Nautili descriptionem exactam Bellonius dedit, E-
ius concha; inquit, tribus, constare fragmentis vide-
tur (carina scilicet & lateribus, cum tamen una & sim-
plex sit) quorum latera utrinque seu carina juncta appa-
rent, ea ut plurimum magnitudine, quam amba manus
amplecti possunt, latitudine autem, quantum polllex cum
Indice comprehendat. Omnes autem non excedunt crasi-
tudinem membranae pergamentæ, striisque in oblongum
ductis ad oras erenis lacinias sunt, in formam rotundans
abeunt; foramen autem, per quod Nautillus alitur, at-
que exit de concha, magnum est; hæc fragilia est, lacteis
coloris, lucida, admodum polita, omnino navis rotunda
effigiem referens; navigat enim per mari summa, elatus
de imo gurgite, effertque se testa inversa, ut facilius as-
cendere possit & inani scapha enaviget, atque ubi

Q. 3

inde

inde emerget, tum concham invertit. Ceterum Nautili
brachium interjacet membranula, qualis est inter palmipedum
digitorum, sed hoc magis est tenuis, in tela aranea modum,
robusta tamen, qua aura etiam inspirante velificat
Cirrus, quos utrimque multos habet pro gubernaculo uti-
tur atque ubi metuit, tum concham protinus marino hu-
more oppletam demergit. Ceterum Pstittaci rostrum habet,
suisque cirri polypi modo graditur, atque eodem modo a-
setabulum sorbet.

CAPUT XVIII.

DE OSTREIS.

Ostrea dulcibus quamvis gaudeant aquis, in petro-
fis tamen etiam repertii locis, prodidit Plinius.
Aristoteles vero, licet vicuum in humore exerceant, nec
foris vivere queant; nihil tamen vel aëris, vel humoris
reciperi assiverat. Cum ad Apamæam Phrygiæ urbem
Mithridatici belli temporibus è motu terræ discessisset,
fluvii subito appatuere, nec tantum dulces, sed & ama-
ræ ex visceribus terræ, (longius quamvis abesse mare)
se protipueri aquæ, ut universum tractum illum ostreis
repleverint. Then. l. 8. Color ostreis diversus est.
Rufæ sunt in Hispania, fuscæ in Illirico, in mari rubro
flameisita distinguuntur zonis, ut varii colotis tem-
peratura ad iridis accedat similitudinem. Elian. l. 10.
c. 13. Circa initia ætatis multo sunt prægnantia lacte.
A Byzantinis vero hoc seti, abjectum in aquam ad saxa
adhæscere & ostreas fieri, & Gillius scripsit, & veri-
simile est. Nam ex decocto fungorum in terram proje-
cto, fungos enasci certum est. Carnes illarum mirifice
cancer appetit, sed quia fortis à natura munitæ septo, dif-
ficulter iis potitur. Astu igitur acquirit. Nam dum in
locis vento non expositis cum voluptate percalescere
videt, suaque ad radios Solis appetire plicas, clancu-
lum injecto calculo, ne iterum claudat impedit, sique
potitur.

CAPVT